DE OTITIDE.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA,

QUAM

RATIOSI MEDICORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN

UNIVERSITATE LITERARIA BEROLINENSI,

UT SUMMI

N MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR,

DIE XXX. M. MARTII A. MDCCCXXVI.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENSURUS EST

AUCTOR

EDUARDUS BERGER,

ISLEBIENSIS.

OPPONENTIBUS:

A. MUEHLMANN, MED. DD.
E. BERNDT, MED. DD.
W. SCHULTZEN, MED. CAND.

BEROLINI,

LITERIS AUGUSTI PETSCHII.

PATRI

OPTIMO DILECTISSIMO

)HANNI THEOPHIL. BERGER,

IILOSOPHIAE MAGISTRO RERUM SACRARUM ISLEBIAE
ANTISTITI

AD CINERES USQUE COLENDO

HASCE

STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

INTRODUCTIO.

Magna atque praeclara de organi auditus fabrica bis exstant opera. Scarpa [1]), Valsalva [2]), Cassehm [3]), Cotunni [4]), Meckel [5]), Soemmering [6]) ique viri praestantissimi luculentissimas in meum protulerunt organi illius descriptiones iconese, ita, ut adhuc fere nihil ultra hac in re exectandi, restet.

Est igitur, cum talis gravissimi organi nobis se endat descriptio anatomica, quod mirer, parum ntummodo studium et operam collocatam esse in boranda auris pathologia.

Magna tamen certae atque perspicuae auris morrum cognitioni obstacula adesse, quis est qui ne-

---

[1]) Ant. Scarpa, disquisitiones anatomicae de auditu et actu. Ticin. 1789. Fol. Recus. a Theod. Schreger. Nonb. 1800.

[2]) Anton. Mariae Valsalvae tractatus de aure humana. non. 1704. Ultraject. 1707. Cum Epist. Morgagni. Ven. 4. 1777.

[3]) J. Frid. Cassebohm de aure interna. Francf. ad dr. 1730. 4. Ejusdem tractat de aure humana. I — IV. lae 1734.

[4]) Dominicus Cotunnius de aquae ductibus auris inne humanae. Neap. 1761.

[5]) J. Fried. Meckel, Handbuch der menschlichen Anatomie. Bde. Halle 1820. Ubi praecipue de aure scripta legimus.

[6]) Sömmering, Abbildungen des menschlichen Gehörgans. Frankfurt am Main 1806.

sciat? Huc autem praecipue situs partium illarum peraltus, oculis non in conspectum veniens, medicaminibusque difficile patens, adnumerandus est.

Medicorum scripta omnium seculorum partes, de aurium morbis quidem, continent, multa etiam contra eos laudata sunt medicamina, nihil vero aut parum solummodo de primario aurium malo expositum est. Sufficiens otitidis descriptio rarissime deprehenditur. De otorrhoea, surditate, otalgia alisque symptomatibus et minoris momenti aurium morbis multa commemorantes, ex toto fere otitide immemores fuisse videntur, ac ut nuperrimus hac de re autor, Schlegtendal [1]), „abjecta," dicit, „omni „severiore horum symptomatum disquisitione, ple- „rumque immemores fuerunt, aures aeque ac alias „partes inflammari posse magnaque in hac inflam- „matione pericula, sicut infantes ignem sub cineri- „bus latentem vix suspicaverunt".

Certe tamen saepissime inflammatio auris internae, otalgiae atrocissimae causa est.

Recentiori tempore demum auris morbi medicorum contentiones suscitaverunt et, majoris momenti opera, rem melius et luculentius persequentia praecipue auris internae inflammationem magis amplectentia, in medium prolata sunt.

Hippocrates organi auditus pathologiam, ejus structuram fabricamque, bene cognovisse videtur; sed rarissime otitidem commemorans, maxima ex parte de otalgia loquitur.

Celsus [1]) in libro suo de medicina caput, de aurium morbis, scripsit et quidem hisce verbis:

---

[1]) Dissertatio inauguralis de otitide. Halae 1821.

[2]) Cornelius Celsus de medicina libr. VIII. edit. Krause. Lipsiae 1766. Pag. 370.

„Vitia oculorum intra ipsos nocent: aurium inflammationes doloresque interdum ad dementiam mortemque praecipitant. Quo magis inter initia protinus succurendum est, ne majori periculo locus sit;" aurium morbos multo majoris momenti se, censuit. De otitide nihil ferme profert, mediminum tamen empiricorum copiam, contra omnia iam aurium vitia, literis commendavit.

Galenus diffusius de aurium morbis verba fecit, aesertim de otalgia, multaque commendat contra m medicamina, partim vero a Celso jam laudata. e opii in otalgia usu dissuadens, in libro tamen e medicaminibus compositis, commendatissimum c habet remedium, in lacte humano solutum, et ntra auris dolorem injectum.

Fridericus Hoffmannus [1]) inprimis de otalgia disutat, eamque spasmum auris nominans, bene hanc inflammatione hujus partis distinguisse, videtur.

Status autem illos morbosos iterum certe conndit, quia otorrhoeam, abscessus aliosque auris orbos sequelas spasmi illius habet enumeratque. aeterum otalgia et otitis adeo inter se differunt ac olica spastica et enteritis. Sed de his infra.

Augustinus Vogel [2]) frigidam commemorat otaliam atque calidam, quam ultimam otitidem nunupavit ac praeclare exposuit.

Pari modo Bernstein inflammatoriam enumeat otalgiam ejusque curam.

Burserius [3]) de dolore aurium et quibusdam uditus vitiis agens, in veram et spuriam dividit

---

1) Med. system. cap. de otalgia §. 3. T. 2 Pag. 236.

2) R. Augustus Vogel de cognosc. et curand. corpor. umani affectionib. Lausann. 1789.

3) Joh. Bapt. Burserius, institut. med. Venet. 1817.

otalgiam, quam veram auris inflammationem esse censet. Otitidis descriptio praeclaribus adnumeranda videtur. Leschwin, medicus Francogallicus, 1763 praemio ornatum edidit opus, de auris morbis. Primus forsan fuit, qui animum ad hunc morbum praecipue vertit, eumque luculentius et melius descripsit. Trampell, Pfingsten, Allard, Cooper, Portal, Saunder, Boyer, Rosenthal cett. eum secuti sunt.

Petrus Franck [1]) breviter quidem, sed bene, morbum depinxit. Fabricam auris ejusque morbos bene descripsit Wildberg [2]).

Decenniis proximis autem praeterlapsis uberius tractata est medicinae pars illa, adhuc paullulum neglecta. Maxima hac in re, Anglorum medici et Franco-gallorum merita sibi comparaverunt. Inter omnes Itard [3]) et Curtis [4]) excellunt, qui multa nobis tradiderunt observata, variamque morbi naturam magis illustraverunt.

SYMPTOMATOLOGIA.

Priusquam symptomata otitidis singularia afferam, hic praeterire nequeo: meatum auditorium externum usque ad tympani membranam, tunica, mucosis membranis adnumeranda, investitum esse, quae continuatio tantummodo cutis externae esse videtur,

---

[1]) Joh. Petr. Franck, Epitome de curand. hom. morb. Mannheim 1792. Lib. II. §. 158.

[2]) Versuch einer anatomisch-physiologisch-pathologischen Abhandl. über die Gehörwerkzeuge des Menschen. Jena 1795.

[3]) Traité de maladies de l'oreille et de l'audition par J. M. G. Itard. Paris 1821. 8. Itard dictionaire des sciences medical. Tom. 38.

[4]) Cases illustrative of the treatment of di senses of the ear. London 1822.

in cerumen procreandi finem hoc loco mutata. Pari modo cavum tympani ceteraeque auris internae partes, tunica peculiari, mucosa fortasse, circumdantur, quae verisimile per tubam Eustachii ad aurem internam progreditur. Tunicis illis membrana tympani interposita est. Plura de auris fabrica verba facere, nihil prodesse et extra dissertatiunculae finem angustum egredi mihi videtur.

Est autem otitis, otites, otalgia vera seu acuta, seu otalgia inflammatoria, legitima [1]), nihil praeterea, quam tunicae, internam aurem vel externam succingentis, minoris aut majoris gradus, inflammatio.

Si externae auris partes inflammatione afficiuntur, morbus otitis externa nominatur; quod si vero tunica vel periosteum tympani, labyrinthi, nec non cellularum processus mastoïdei corripitur, otitis interna locum habet.

Raro omnes designatae partes unacum inflammatae sunt, interdum tamen ita se habere, inter omnes constat.

In acutam et chronicam praeterea dividitur otitis, quod maximi est momenti; denique in idiopathicam et symptomaticam.

Itard [2]) et Schlegtendal [3]), tum internam cum externam, dividunt in catarrhalem et purulentam, quae tamen divisio in congrua esse videtur; siquidem otorrhoea purulenta inflammationem sequitur; neutiquam statim ab initio adesse potest.

---

[1]) Sauvagesius nosologia methodica IV. pag. 109. Burserus l. c. III. 267. Cels. l. c. 370. Trallian 1. 3. Raimann pag. 301.

[2]) L. c. Pag. 3. seq.

[3]) L. c. Pag. 9. seq.

DE OTITIDE EXTERNA.

Partes invadit auris externas, concham, meatum auditorium externum et superficiem membranae tympani exteriorem.

Fere semper catarrhalis est [1]), aut erysipelatis speciem prae se fert, ubi hujusce morbi signa adsunt. Frequentius cum erysipelate partium propinquarum conjuncta est. Meatus auditorii externi inflammationem semper erysipelatosam esse, scriptores plurimi, v. c. Petrus Franck et Gottl. Vogel, censuerunt [2]).

Otitis externa, catarrhalis, sequentem exhibet decursum: initio morbi aegroti pruritum, seu titillationem, mox in dolores vel mitiores vel graviores transeuntem, sentiunt. Paulatim increscunt ita, ut saepius, horis nonnullis elapsis, aegrotum vehementissime discruciant. Raro tamen dolor ejusmodi gradum assequitur, qui post aliquot dies, in stadio morbi secundo, secretionis nempe, disparet. Tunica meatus auditorii externi erubescit, tumet, doletque et ferme arida in conspectum venit. Serum initio flavescens, semipellucidum non raro, inflammatione adaucta, sanguinolentum, secernitur; dein magis spissescens, in materiam quasi caseosam, transit; tandem plurimis in casibus ad normam, paucis hebdomadibus post, redire solet.

Secretionem illam nonnulli, jam duabus horis post morbi initium observasse, dicunt. Certe tamen

---

[1]) Burserius l. c otalgia catarrhalis. Ettmüller et Zacuti otalg. catarrhal. Phil. Transact. IV. Pag. 257.

[2]) Petr. Franck l. c. lib. II. §. 158. Samuel Gottl. Vogel, Handbuch der practischen Arzneiwissenschaft. Stendal 1794. Bd. IV. S. 97.

his in casibus aegrotus ipse prima morbi initia non animadvertit aut neglexit.

Cessata secretione, morbus quoque cessat. Exitus autem ille faustus non semper observatur; propagatur enim haud raro morbus ad internas auris partes, ad cavum tympani, labyrinthum etc. atque otitidem internam, semper periculosam, producit. Suppuratio etiam interdum consequitur, quam medici veteres abscessus vel ulcera aurium, nuperiorum nonnulli, otitidem externam purulentam huncce exitum nominarunt. Haud raro etiam circa processum mastoïdeum aliquid abscedit, et ossa cariosa reperiuntur. Febris universalis et surditas perfecta raro adsunt.

DE OTITIDE INTERNA ACUTA.

Rarior quidem observata; eo plus tamen periculi habet. Semper fere morbum illum gravissimum prodromi antecedunt. Aegrotus male se habet, horripilatione, anxietate, frigore cum calore alternante, laborat. Respiratio saepius difficilis, saepius accelerata est; cordis ictu nimio, seu palpitatione, conjuncto. Appetitui deficienti nausea haud raro atque vomituritiones superveniunt.

Phaenomenis hisce universalibus mox symptomata sese adjungunt localia, nisi jam antecesserint. Dolor signum est primum et princeps; citissime augetur, altius penetrat, vix ac ne vix quidem patitur. Aegrotus prementem, obtusum accusat dolorem, pulsationem porro arteriarum, fervorem denique totius capitis. Phaenomena post aliquod tempus jam increscunt; dolor premens, gravis atque obtusus, in urentem, pungentem, vel distrahentem commutatur. Si inflammatio ab initio, partem tantummodo auris

internae occupavit, mox ad ceteras et vicinas partes, v. c. per tubam Eustachii ad palatum molle, etiam ad tunicam, processus mastoïdei cellulas succingentem, propagatur, quod Itard [1]) affirmat.

Sed non solum ad processum mastoïdeum nonnullis in casibus dolor progreditur; sed partem capitis dimidiatam occupat ac hemicranium periculosissimam adducit. Quod si vero dolor hoc assecutus est fastigium, haud raro mente alienantur aegroti, delirant, maximoque in periculo versantur, ne encephalitide corripiantur eaque intereant; quod tamen maxima ex parte fieri solet [2]).

Certe his in casibus aegroti moriuntur, nisi natura, crisi saluberrima, salutem afferat. Augustinus Vogel „saepe," ait, „etiam deliria et animi deliquia „et convulsiones excitantur, et sub istis pathemati„bus otitis illa intra septem dies, maturius etiam „necare potest, nisi laudabilis discussio exstiterit et „sanguis e naribus, aut puris copia ex aure effluat [3])."

Praeter dolorem febris otitidis gravissimum est signum, quoniam cetera inflammationis signa pathognomonica, haud raro non inconspectum veniant. Otitis sola interna ruborem non offert, nonnullis tamen in casibus membrana tympani rubet, tumetque, vasa etiam, luce meatui auditorio externo recte accommodato, majora apparent.

Calorem aegroti sane percipiunt, externe etiam sentiri hic potest.

Pari modo plenitudinis sensatio molestissima tumorem membranae auris internae praesentem testatur.

---

[1]) Cap. I. pag. 8.

[2]) Zacuti Lusit. Prax. admirab. I. 69.

[3]) Hippocrates Coac. Praen. Pag. 51.

Per breve temporis spatium inflammatio talis acutissima aure interna includi potest; mox ad vicinas partes, praecipue ad cerebri tegmenta propagatur, qua fit, ut encephalitis oriatur, cujus phaenomena statim observantur. Autores, v. c. Vogel, Petr. Franck, Burserius, aliique huncce comitem attingunt.

Omnes auris partes, si unacum inflammantur, totum capitis latus affectum valde tumet, rubet, maximaque sensibilitate laborat, ita, ut ad id aegrotus incubare non possit. Tumor quandoque enormem assequitur magnitudinem et faciei formam ingrate distrahit. Dolor tum acerrimus est, non raro spasmos, deliria, animique deliquium, ciet. (Conf. Itard l. c.)

Sicuti in ophthalmia visus fere semper turbatus, ita in otitide audiendi facultas impedita est, aut plane cessat, aut diminuta, aut alienata apparet; interdum aegrotus auditum accusat acutissimum, ita, ut voces suppressiores lenesque, et loquela ipsa, ac motus quivis maxillae inferioris, dolores ei commoveat. Haud raro surditas perfecta ötitidem comitatur. Nihilominus plurimis in casibus susurrus aurium molestissimus, tinnitus aliaeque hallucinationes eodem modo aegrotum discruciant, ut amblyopia laborantes photopsia vexantur. Majori otitidis gradu oculi omnino simul afficiuntur; dolent, rubent ac lucem abhorrent.

Et haec quidem loci fuerunt signa; generalia nunc referenda veniunt symptomata.

Inter omnia febris primum locum tenet, cujus natura vario modo se manifestat. Saepius catarrhalis apparet, haud raro synochicis, rarissime typhosis febribus adnumeranda est. Plerumque febre continua remittente aegroti laborant, magnumque

calorem cutis, frigore et horripilatione interpositis, sitim perpetuam, lassitudinemque artuum male ferunt.

Arteriarum pulsus frequens et frequentissimus, durus ac plenus est, interdum etiam contractus et celer.

Tubus intestinalis quandoque in otitide affectus reperitur. Appetitus ciborum, magno potuum desiderio afficiente, cessat. Os amarum est, et lingua muco albidoflavescente obtecta, in conspectum venit. Praeterea alvus haud raro adstricta, nonnunquam diarrhoea reperitur. Vomituritionem vomitumque quandoque otitis ciere solet. Aegrotus somno caret.

DE OTITIDE CHRONICA.

Parum solummodo de otitide acuta scriptum atque expeditum esse, jam antea posui. Multo minus tamen de otitide chronica in scriptis legitur, quamvis hoc genus nonnullis medicis testantibus, saepius observatur. Experientia edoctus, ipse de praesentia ejus mihi persuasum habeo.

Quod si vero auris inflammatio adeo acuta reperitur, ut in superioribus descripta est, non difficile dignoscitur; multo majori difficultate otitidis chronicae diagnosis obstructa est; quare semper fere non satis cognitam habuerunt, eamque ignorantes dolorem esse rheumaticum censuerunt, quo fit, ut sensim sensimque non solum progrediatur malum inflammatorium, sed etiam medicaminibus, contra dolorem solum adhibitis, haud raro augeatur.

Quam maxime igitur necessarium esse mihi videtur, de otalgia et inflammatione, quoad discrimina eorum quaedam proponere, quo facilius uterque morbus distingui possit. Pro viribus meis igitur breviter signa discernentia nonnulla proferam.

Dolor aurium, Otalgia, Spasmus otalgicus Friderici Hoffmanni, de qua autores pristini tot tantaque scripserunt, morbus mere nervosus [1]), num subito erumpat, an odontalgiam, an rheumatalgiam sequatur, id vero perpetuo peculiare exhibet, quod brevi tempore summum assequatur fastigium, neutiquam tamen sensim sensimque, ut in otitide, increscat.

Porro otalgia, licet acerrima, saepius subito ab aure discedit, quo facto, altera in capitis parte, ab aure remota, dolor erumpit. Meatus auditorius externus semper, otalgia solummodo praesente, normalem offert formam. nisi alia simul locum habet passio. Membrana tympani neque rubescit, neque tumet, potius splendens conspicitur, si alias bene in conspectum venit. Otalgia denique nunquam, nisi affectio inflammatoria ei subest, tam aspere saevire potest, ut animi deliquium, deliria, convulsionesque exoriantur. Nonnunquam etiam facile ex juvantibus et nocentibus, ut dicunt, agnoscitur. Febris in otalgia sola fere nunquam adest.

Licet haec omnia distinctionis signa adsint, otalgia tamen facile cum inflammatione confundi potest. Jure igitur nonnulli autores hortantur, ut si e dolore vehementi et atroci inflammatio conjectatur, melius sit statim antiphlogistica adhibere, quibus curatio diuturnior quidem et molesta, minime vero periculosa fit, quam aurium inflammationem dubiam, pro otalgia nervosa habitam, remediis nervinis, excitantibus temere impugnare velle. — De otitide chronica nunc disseramus, ac praefacia-

---

[1]) Itard dict. scienc. medical. Tom. 38. Pag. 504. c. I. Saunders de anatom. of de human. ear. London 1817. Pag. 54. Horn's Archiv, Mai und Juni 1817.

mus statim, in ea omnino omnia ista locum habere, quae in omnibus inflammationibus chronicis dicenda sunt.

In genere otitidis signa et chronicae et acutae inter se parum differunt, illius leniora tantummodo apparent. Uterque morbus tamen, praesertim quoad diuturnitatem ac gradum, dissimilis est.

Causa sufficiente ulla creata, dolore valde variabili primo ac praecipue se annuntiat. Non omni tempore eodem in gradu sentitur, remittere quidem solet, nunquam tamen plane cessat ita, ut potius vespertino tempore recrudescat. Nonnunquam pulsatilis, pungens vel urens; plurimis autem in casibus premens et distrahens esse solet. Hora vespertina saepissime status febrilis vel febris vera accedit; aegroti cutis calorem offert insignem, arida est, aut, per somnum praecipue, ingentem sudorem effundit; e somno expergefacti hebescunt, debilesque sunt aegroti, laboresque abhorrent. Appetitus ciborum fere semper deest, quandoque etiam tempore matutino nausea aegri afficiuntur et sitis omnino augetur. Ut ab aurium doloribus vehementissimis aegrotus liberetur, plerumque anodyna, nervina et sopientia, vano autem conatu, in usum vocantur. Tantum abest, ut dolores leniant, ut potius morbum augeant. Ne antiphlogistica quidem methodo nonnullis in casibus morbus aufertur, praecipue si inflammatio topica a dyscrasia universali dependet eaque alitur.

Quaevis fortasse dyscrasia talem auris inflammationem chronicam, specificam proferre et alere potest, et quamvis nunquam ab autoribus commemorantur, evenire tamen, persuasum mihi habeo. Omnino plurimis auris inflammationibus chronicis, prae-

raesertim si perseverantes omnibus medicamini-
us resistunt, talem subesse dyscrasiam, censeo.

Qui hujusmodi laborant morbo, perpetuo ex-
ruciantur dolore auriumque susurru ac tinnitu, qui
ullo medicamine leniuntur. Hemicraniae formam
onnunquam prae se ferre videtur.

Tempore vespertino exacerbantur phaenomena
octesque insomnes pervigilant aegroti. Susurrus
urium semper molestissimus sentitur, audiendi fa-
ultas non raro ex toto deletur, aut sonus quisque
lenior, dolorem commovens, vix ferri potest.

Plures otitidis chronicae (specificae) certe ex-
tunt species, quarum duas solummodo commemo-
re cupio, tum earum dignitate commotus, tum
servationibus nonnullis, a memet ipso factis, in-
tatus arthriticam [1]), nempe et syphiliticam. Utra-
ue vehementissimis symptomatibus ingredi ac febre
uta conjuncta esse potest, tamen plurimis in ca-
bus chronica sub forma observatur.

De inflammatione auris internae chronica, a
emet ipso animadversa, aliquid nunc proferam.
uemadmodum arthritide repulsa, encephali, pul-
onum, intestinorumque abdominis inflammatio oriri
let, ceteris paribus itidem auris interna inflam-
atur. Haecce autem otitis interna (dolor aurium
thriticus) tali perseverat contumacia, ut medica-
inibus antarthriticis efficacissimis tantum sane-
r, quod magis, morbi historia sequente respecta,
tebit.

K. G. femina quinquaginta annorum, parenti-

[1]) Confer. Van Swieten ad §. Boerhav. 1260. Aëtius
g. 308, de Haen Histor. podagrae. Pag. 56 et 12. Platner
ax. med. Tom. 2. Pag. 598. Coste, Traité practique sur
Goutte.

bus sanis nata, usque ad annos serotinos semper fere bene valuit. Catamenia legitimo tempore ingressa, quatuor pueris feliciter partis, lactatisque, anno quadragesimo quinto absque turbulentis phaenomenis iterum abierunt. Aliquo tempore post e refrigerio doloribus rheumaticis afficiebatur, qui quidem bene curati, per longum tamen tempus perseverantes, subinde e refrigeriis vel levibus recrudescebant. Aegrota, cujus ciborum appetentia antea integerrima erat, nunc nonnunquam nausea ac appetitu deficiente laborare incepit. Sitis haud exstinguibilis nunquam defuit. Lingua fere semper sordida, os amarum erat, sedesque regulae non convenienter consequebantur.

Quocunque autumno redeunte, aegrotam artuum distrahens dolor denuo invasit. Quocunque medicamine neglecto, regimine modo calido dolores lenire ac depellere consuevit.

Tres per annos ferme hac ratione morbus se continuavit. Autumno anni 1824. artuum dolores, sed cum inflammatione eorum conjuncti, apparebant ita, ut morbus antea rheumatismi magis formam prae se ferens, nunc arthritidis speciem potius assumsisse videatur.

Iterum verisimillime refrigerio affecta, artuum doloribus subito cessatis, aegrota mox susurrum aurium sensit, et initio minoris gradus; tunc severiores aurium dolores et susurrum accusavit. Mox illos non amplius ferre potuit et opem quaerens, duce Illustr. Hufeland, a me curata est. Morbus, initio mere sanguineus, auriumque susurru praecipue molestus, e congestionibus ad caput ortus videbatur.

Aegrota hanc corporis et morbi indolem obtulit; corpore tenero, irritabili, constitutione pletho-

ica praedita, faciem offerebat pallidam, paululum umidam; ciborum appetentia diminuta fuit. Viribus hebetantibus quolibet labore aegrota mox fatigata, semper in somnum proclivis se sensit, veluti post longa vigilia; sed somnus plerumque non adveniens, noctuque neutiquam placidus, sed interruptus, aegrotam non recreavit. Arteriarum pulsus duri plenique, fere nunquam molles reperti sunt. Febris mitior non semper continuit, vespertino tamen tempore augebatur.

Et haec quidem generalia symptomata fuerunt; loci signa, aurique internae cuncta adnumeranda, haec sunt: de susurru et tinnitu aurium cum dolore acuto praecipue edidit querelas, deinde capitis dolores perpetuos accusavit. Symptomata omnino aurem observata sthenicam seu activam aegritudinem significari videbantur, qua ex causa methodus antiphlogistica maxima vi initio in usum vocata est. Sanguine e vena incisa misso, hirudinibusque ad viginti quatuor in processus mastoïdei regione applicatis, aegrota Kali nitric. cum Ammonio muriatico, aqua fontana solutum, accepit. Praeterea pediluvium irritans quotidie praescriptum et epispasticum brachiis impositum est.

Dolores et aurium susurrus, quos paulo ante vix ferre potuerat aegrota, venae sectione mitigati quidem sunt, neutiquam tamen ex toto auferri potuerunt. Tantum abest, ut potius paulo post, praesertim vespertino tempore, vehementer recrudescerent. Venae sectio hirudinumque applicatio post aliquot dies subinde reïterata, et nitri, cum ammonio muriatico usus, continuus parum modo, et nil nisi mali diminutionem profuit. Auris externa usque ad tympanum accuratius nunc perscrutata, sed nihil

memoratu digni repertum est. Nihilosecius lac tepidum, infusum florum sambuci, oleum nuc. jugl. aliaque emollientia auri instillata et vapores tepidi admissi sunt. Unacum kali nitrici ʒij et ammonii muriatici ʒiß, in aquae fontanae ℥viij solutas cum aq. lauro-cerasi ʒij sumsit. Medendi methodus jam enarrata, per aliquot menses fere nullo eventu continuata, vires diminutas et debilitatas reddidit, aurium vero dolorem ac susurrum horribilem auferre non potuit, ita, ut aegrota de valetudine sua restituenda fere desperaverit.

Causa specifica morbi illius contumacissimi conjecta, examineque aegrotae iterum instituto, arthritica metastasis reperta est. Arthritis ideo, adhuc nondum suspicata, nunc oppugnanda erat, qua ratione medicamina in arthritidem maxime laudata, formula sequente praescripta sunt:

Rec. Calomelanos
Sulphuris aurati antimonii āā gr. j.
Resinae Guajaci gr. xv.
Extracti aconiti gr. iij.
Sacchari albi ℈j.
M. f. Pulvis, dent. doses viij.

Doseos ter per diem dimidiam partem initio, tum autem quotidie plus, assumsit.

Post aliquot dies hisce medicaminibus adhibitis, aegrota primo revera sibi morbum levatum esse sensit et paulo post cum maximo aurium doloris et susurru levamine ex aure affecta aliquid puriformis, seroso-sanguinei, effluxit, quod symptomatum remissio insignis secuta est. Medicaminis designati usus per dies quatuordecim continuatus, morbum ex toto fere sanavit, redditque aegrotae animum ita, ut breve tempore post sanata dimitti queat. Audiendi facultatem per totum morbi decursum ab-

litam, post effluxum statim aegrota recuperavit; que ac tinnitus et susurrus et dolores aurium deerunt. Ejusmodi autem curandi methodum morbo usque causis accomodatam fuisse ex successu fausto tis liquet.

DE OTITIDE SYPHILITICA [1])

Altera maximique momenti otitidis forma syhilitica est, quae raro ex metastasi vera oritur. struc [2]) in libro suo de morbis syphiliticis brevir nec satis luculenter eam descripsit, et his verbis ernstein de ea disserentem invenimus:

„Zuweilen wirft sich auch ein venerisches Gift uf die innern Theile des Ohres, und die davon ntstehende syphilitische Otitis zerstört sehr häufig ie innern Theile des ossis petrosi, und endet mit dem Tode."

Quod si enim venenum syphiliticum omne cors pervadit, ossa praecipue eorumque membranas icere, inter omnes constat. Quo facto, primum nores (tophi) cum inflammatione ex ossibus prompunt, deinde doloribus gravissimis (osteocopis) cte praesertim torquentibus, aegroti valde vexan. Dolores ossium inflammatorum plerumque obsi et terebrantes, ossibus ipsis residentes, sentiunr. Rarissimis autem in casibus, si inflammatio uta, intra os sedens et cum magno tumore et riostei inflammatione conjuncta, sensibilibusque rtibus nimis propinqua est, acuti scindentesque servantur.

—

[1]) Conf. Swediauer, de morb. syph. Tom. I. Pag. 136.
2. Pag. 93. Louvrier, Sauvage.

[2]) Astruc de morb. syphil. T. 3. otalgia e lue venerea.

Tophi autem et dolores osteocopi in osse tibiali et capitis ossibus latis praesertim frontis occurrunt.

Pari modo, sed raro, in aure interna tophi cum inflammatione periostei non solum conjuncti, sed partes etiam vicinas prementes et irritantes, nascuntur. Inflammatio huc exorta acutissima esse potest plerumque tamen chronicae speciem indueere solet. Dolor sensim sensimque, susurru aurium comite, oriens, tardeque sed continue crescens, noctu augetur et quotidie progreditur. Partes vicinae, increscenti tumori non cedentes ex pressione inflammantur et valde dolent. Nervi acustici compressionem, surditas sui generis sequitur. Omnino surditatis ex comprassione ortae symptomatibus, cephalaea contumacissima et continua, vertigo, tinnitus aurium, visus diminutio, intelligendi imo facultatis abolitio, adnumerantur. Surditas illa, lentius progrediens, ex internae auris destructione, quae cerebrum ejusque partes simul infestavit, ad mortem quoque nonnunquam ducit. Surditatem hanc peculiare amauroseos genus, pari modo ex topho orbitae ortum, qui scilicet bulbum oculi iritat premitque nec minus inflammationem fere semper chronicam commovet, aequiparat. Oculi affecti usus sensim sensimque magis diminutus, tandem ex toto aufertur. Cuncta, quae adhiberi solent, medicamina ne minimum quidem eventum faustum reddunt, aegritudinem potius haud raro augent. Eodem modo res se habet in surditate ex causa supra memorata.

De diagnosi causae hujusce intimae otitidis, ophthalmitidisque nunc descriptae, quam surditas et amaurosis consequitur, licet difficillima sit, certiores nos reddere possumus, si aliis corporis locis

yphilidis signa et dolorum exacerbationes noctur-
as observamus. Perscrutandum etiam est, an aegro-
us antea syphilide laboraverit, nec ne. Alium mor-
um tali in casu suspicare, mortem quoque adducit.
Sauvagesius, exostosin in aure, quam chirurgi
ro corpore peregrino habentes violenter extrahere
onantur, aegrum e medio sustulisse, enarrat.

MORBI DECURSUS ET EXITUS.

Otitidis internae acutae decursus semper rapidus
st, intraque septem dies plerumque morbus fasti-
ium assequitur, aegrotique sors mox cecidit. Pueri
nim secundo, adulti septimo die saepius jam mo-
untur. Dijudicatio morbi ejusdemque exitus, quoad
onditiones praesentes, valde differunt. Si revera
gnoscitur morbus et bene curatur, discussio lauda-
ilis, criseos signis valetudinisque restitutio, spe-
anda est, quod si vero morbus summum fastigium
ssecutus est, raro, in otitide minoris gradus saepius
l evenit. Crebrius quam exitus in discussionem et
nortem, morbi secundarii, haud raro equidem le-
nales, consequuntur, quorum suppuratio, quia puris
esorptio ne faustissimis quidem conditionibus fit,
um auris internae vasa lymphatica ita exigua haben-
ir, ut plurimi corporis humani fabricam perscru-
antes de eorum praesentia dubitent, primum tenet
ocum. Abscessus vel ulcera aurium medici pristini
norbum huncce secundarium nominaverunt [1]).

Sed jure, quin aure interna revera abscessus
riri possint, dubitandum esse, a veritate potius haud
ge abesse censeo, membranum auris internae

---

[1]) Cornel. Celsus de med. c. VIII. Rud. Aug. Vogel.
ag I. p. 125. Burs. V. III. §. 347. Wildberg l. c. p. 222.

inflammatione tumere, et exulcerari et mucosam magis et serosam secernere saniem, quae facillime in materiam malignam et rodentem convertitur.

Suppurationis seu abscessus, sic dicti, auris internae sequentia observantur signa: dolores, postquam inflammatio per aliquot dies perseveraverit, prementes et terebrantes summum assequuntur fastigium, horripilationes aliaque suppurationis internae phaenomena sentiuntur et a medico observantur. Non raro aegrotus subitaneam membranae tympani rhexin, crepitu vehemente cernit, quam materici purulentae, spissioris, cruentae vel sanioso-serosae, saepissime male olentis effluxus ex aure sequitur. Sanies haec eo pejorem spirat odorem, quo diutius tympani cavo aucta et retenta fuerat.

Quo facto dolores vehementiores sensim sensimque cessant, quandoque etiam ex toto evanescunt. Si otorrhoea, quod raro evenit, una desinit, morbus bene curatur. Sed multo crebrius tardior consequitur ex auribus emanatio, cum his in casibus pus modo paulatim per tympani membranam viam rodendo sibi expediat et otorrhoeam, proprie s. d. plerumque contumacissimam et curatu difficilem, gignit. Secundo in casu bene est, si per tympani membranam dilaceratam non prorumpens potius per Eustachii tubam pus sese effundit [1]). Optimus, primo intuitu per tubam Eustachii esse videtur puris transitus, sed vix et ne vix quidem casu decimo id fieri solet; quod quidem eo facilius demonstratur, quo magis tuba Eustachii, alias angusta per inflammationem tumefacta ac fere omnino clausa, reddatur. Quandoque juxta vel infra pro-

[1]) Saissy dict. de sc. med. Tom. 38. Pag. 68.

ессssum mastoïdeum [1]) aliquid abscedit, tumorque ɔritur, modo acutus, modo latus, qui intra longum vel breve temporis spatium apertus, foedam ac impuram effundit saniem. Huc ossa vicina carie consumpta, in conspectum veniunt.

Remanens post otitidem otorrhoea, seu fluor chronicus ex aure, frequentissimis et gravissimis auris morbis jure adnumerandus est. Meatum auditorium externum et tympani cavum unacum saepius afficit. Rarius quam otitis otorrhoea interna vel externa sejuncta invenitur.

Materies autem in otorrhoea effluens valde differt, modo mucosa modo purulenta seu ichorosa apparet. Otorrhoea pituitosa plerumque maxima ex parte in membrana meatus auditorii externi cerumen aurium secernente, residet, valde chronica, haud sine periculo, sed neutiquam ita perniciosa, si otorrhoea ex tympani cavo vel labyrintho. Etsi to post morbi initium quandoque oriatur, certe unquam haud inflammatione antecessa observatur. Catarrhalem otitidem plerumque sequitur fluor aurium mucosus, haud raro tamen ullo morbo aut fluxu chronico vel incaute suppresso, vel per se ssato, oritur. Licet otorrhoea solummodo externa t, non longum per tempus sine destructionibus artium vicinarum permanere potest, quo fit, ut mpani membrana, adhuc integra, vel tympani vum per inflammationem nondum laesum mox grotet. Nonnunquam latex puriformis, tympani embrana perforata, ad internas auris partes, tym-

---

[1]) Saunder l. c. Pag. 44. Itard dict. de sc. med. l. c. g. 515.

pani cavum et labyrinthi sinuositates vertitur easque inflammat.

Otorrhoea purulenta periculosissima ac fere semper cum carie ossium conjuncta est, quamvis exempla adesse dicunt, quibus per annum et diutius otorrhoeam purulentam, sine ullo ossium affectione cariosa, perdurasse, ostendatur, quod quidem cl. Saunderus l. c. p. 62. affirmat.

Haud facile tamen intellectu esse mihi videtur, qua ratione suppuratio organi, quod tunicis tenuioribus nonnullis exceptis, ossa tantummodo constituunt, per longum temporis spatium, sine ossium affectione morbosa, adesse possit. Plerumque in parte cellulosa processus mastoïdei primo residens, sensim pedetentimque otorrhoea purulenta et caries cum ea conjuncta, ad tympani parietes, et labyrinthi sinuositates transit ac denique tota parte petrosa destructa, breve post tempus, vel serius, aegrotus morte consumitur. Cadavere inciso pars petrosa mollis ac porosa in conspectum venit. De his autem infra.

Cariei praesentia his agnoscitur signis: sanies effluens cruenta nigrescens, mali odoris, specillum argenteum nigrescente colore tingit; ossium partiuncula, carie corrupta, nonnunquam etiam ossicula auditoria emanant [1]), immedicabilisque consequitur surditas. Specillo meatui auditorio externo caute immisso, ossium partes hinc inde periosteo denudatae nec non asperae sentiuntur. Quod si vero processus mastoïdeus prae ceteris carie et suppuratione infestatur ac destruitur, eodem in latere ex-

---

[1]) Hagendorn, observ. I. 64.

erna integumenta erubescunt, tument et livescunt. Ex abscessu denique congesto et aperto puris ſoetilissimi copia effluit ossaque ſere semper destructa n conspectum veniunt. Specillum saepius haud lifficile usque ad internas auris sinuositates, quin tiam usque ad cerebrum sine ullo impedimento nferri potest. — Disturbatio talis rarissime sanaur; mors potius eo celerius consequitur, quo magis rocessus mastoïdeus et pars petrosa ossis temorum confecta, cerebrique tegmenta, pure infesata et inflammata sint. Meatus auditorius exterius pure effluente non diu integer manet, conha etiam aegrotat. Pustulae enim, initio limpido epletae fluido, quod serius in laticem saniosum onvertitur, erumpunt, mox dehiscunt, in ulcera ordida commutantur et cartilagines etiam erodentes egrotis dolores vehementes movent. Rariores otitiis exitus vel sequelae metastases sunt, ac nervorum issolutiones partium vicinarum. Metastasin Itard [1]) bservavit ad testes, aegrotumque vero nunquam syhilide affectum fuisse, censet. Petrus Franck [2]) aralysin organorum quorundam propinquorum, . c. linguae, post auris inflammationem vidit.

De surditate otitidem sequente supra jam ditum est. Medici hemiplegiam etiam et apoplexiam ost auris inflammationem observarunt, praecipue osse petrosa, carie perforato vel consumpto, saies ad membranas cerebrum obtegentes perveniens, erebri perturbationes commovet [3]). Rarissime in

---

[1]) Dict. de scienc. med. l. c. P. 523. Wildb. §. 223. l. c.

[2]) L. c. §. 161.

[3]) Conf. Morgagni l. c. Epit. 14. Abenscrombie l. c. . 24 — 27. Itard Dict. de scienc. med. l. c. p. 527. S. . Vogel l. c. S. 99. Hencke, Conradi, aliique.

gangraenam vel sphacelum exit otitis. Doloribus tunc plerumque subito conquietis, vulnus squalidum nigrescentemque acquirit colorem et materiem foetidissimam, saniosam, acerrimam, erodentem effundit. Haec si adsunt, mortem pronuntiant.

DE IIS, QUAE IN CADAVERIBUS REPERIUNTUR.

Multiplices sunt ac variae vastationes et commutationes morbosae organi auditus ipsius et circumjacentium, quae post aurium morbos severos diuturnosque inveniuntur. Meatus auditorius externus tumidus plerumque ulceribus, fungosisque excrescentiis obtectus, reperitur; cartilagines denutatae et deletae observantur. Membrana tympani modo deleta, interdum ex toto destructa fuit; Itard et Rosenthal densam, plane opacam, rubentem, tumidam, aridam, fungosam eamque pure vel muco obtectam, viderunt. Membrana, cavum tympani succingens, condensata, saepius ulcerosa et fungosa fuit; ossa carie plus minusve consumpta et deleta, totumque cavum materie puriformi vel caseosa repletum, ossicula auditoria pariter affecta, modo ex parte, modo cuncta defuerunt; quandoque situm alienum ostenderunt.

Labyrinthi ossa et membranae pari modo destruuntur. Cochlea et canales semicirculares non minus turbati in conspectum veniebant. Omnes et variae ossis petrosi sinuositates haud raro in unum cavum, pure foedo inpletum, mutatae fuerunt.

Processus mastoïdei cellulas saepius plane deletas, os petrosum autem carie consumptum, aut in massam alienam, vel mollem vel fungosam translatum, viderunt anatomi.

Tuba Eustachii etiam et ossis sphenoïdei partes quaedam morbosae, nonnunquam carie affectae, repertae sunt. Dura mater ab osse petroso sejuncta, nigrescens, livida ac dilacerata, pars petrosa ipsa, perforata visa sunt. Encephali pars illius regionis, livida, nonnunquam suppuratione consumpta, reperitur. Nervi organi auditus quandoque deleti, nonnullis autem in casibus, licet cetera valde corrupta fuerint, integri occurrunt.

AETIOLOGIA.

Otitidis causa proxima eadem omnium inflammationum est. Causae remotae modo praedisponentes modo occasionales sunt. Causis praedisponentibus cuncta ea, omnino ad inflammationem inclinantia, opportunitas ad inflammationes generatim, constitutio robusta, plethora, tum universalis, tum localis, sanguinis etiam congestio activa ad caput etc. adnumerantur. Dyscrasia scrophulosa [1] aeque ac dispositio catarrhalis praevalens, huc referri merentur. Multae ac variae nunc externae nunc internae, et locales et universales inveniuntur causae occasionales. Ad internas, arthritidis et syphilidis dyscrasiae, exanthematum acutorum metastases, morbillorum, rubeolarum [2]), variolarum [3]), scarlatinae etc. referuntur.

---

[1]) Otalgia scrophulosa Burserii, aurium dolor e scrophulis Cels. p. 374. Otitis scrophulosa Viteti.

[2]) Otitis variolosa, River. 291. Ephem. Nat. cur. D. 2. an. 7. p. 674. Paul Aegineta 1. 3. Kirkpatrik the Analys of inoculation. Sajar. E. 2. Sam. Gottl. Vogel T. III. S. 35. V pag. 98. Itard dict. de scienc. med. l. c. p. 514. Morg. de sed. et causa morb. Epistola 14. Franck. Epitome II. p. 160.

[3]) Saunder l. c. p. 54. Curt Sprengel Handbuch der Pathologie. Leipzig 1797. 3. 6. §. 82. Reil über die Er-

Exanthemata acuta omnino saepissime auris inflammationem excitare, in multorum medicorum scriptis, e. g. Burserii [1]), Itard [2]), Gottl. Vogel, Morgagni etc., legimus, quod quoque experientia docet. Nuperrime adhuc in libello hac de re disserente observationes otitidis quam magna organi affecti destructio, tandemque mors secuta est, nobis traduntur. Et ipse non semel, sed saepius, cum in nosocomio magno Berolinensi munere chirurgi fungerer, otitidem exanthemata acuta sequentem vidi et observavi. Nonnunquam post febres, praecipue typhodes, otitis perniciosa contingit et a memet ipso aegrotus, typho affectus, observatus est. Febre per aliquot dies perseverata, erysipelas capitis totius lateris sinistri maximo cum tumore et faciei deformitate exortum est. Aliquo tempore post in regione processus mastoïdei ex abscessu inciso puris copia mali odoris evacuata, ossa non solum carie exesa in conspectum veniebant, sed etiam specilli ope internae auris partes destructae tentari potuerunt. Tantum abest, ut aegrotus sanaretur, ut potius paulo post exspiraverit. Cadavere dissecto magna auditus fabricae encephalique destructio apparuit. — Respicienda sunt autem praecipue sanguinis profluvia, blennorrhoeae mensesque suppressi. His etiam capitis, nec non pedum sudor per auram permeantem vel ventum frigidum suppressus; scabies male curata et repulsa, tinea capitis subito exsiccata [3]),

---

kenntniß und Kur der Fieber. 5. Bd. §. 36. Saiscy dict. de sc. med. 38. §. 46.

1) L. c. p. III. §. CCCXLV.

2) Itard dict. de sc. med. l. c. p. 514.

3) Otalgia ab achoribus Timaei observ. med. Epist. 29. Otitis porriginosa Viteti.

pedum ulcera vetusta, nimis celeriter clausa et cet. jure adnumerantur. Dentitio porro difficilis, dentis molaris eruptio [1]), caries dentis, tempora evolutionis hic etiam referenda sunt. Ex progressu inflammationis partium vicinarum e. g. encephali, faucium, parotidis, oculorum, erysipelatis faciei et cet. otitis vel externa vel interna oritur.

Causae externae ad otitidem fere semper mechanico modo vim inserentes, frequentissimae sunt. Rarius causae chemicae accusandae sunt. Chemico autem modo otitis oritur, si fluidum corrosivum auri immititur, aut cerumen aurium induratum vel acrifactum est, quod quidem revera inflammationem tympanique erosionem et propterea ossiculorum auditus destructionem et ita surditatem efficere posse, observata Ribes et Chaussier affirmant. Apud aegrorum mallei manubrium a capite suo separatum partimque destructum, partim cerumine indurato illitum, reperiebant [2]).

Laesiones violentae, lapsus vel ictus in caput, aurisque concussio et cet. primum locum inter causas mechanicas sibi vindicant. Corporibus alienis [3]), quae fortuito ad auris cavum pervenire solent, non minus providendum est; partim rebus anorganicis, partim regno vegetabili adnumerantur; animalcula denique non raro quoque reperiuntur. Plurimi de aurium morbis autores vitri assulas vel pilas, fabas,

---

[1]) Conf. Paul. Aeg. I. 3. c. 23. Fanchart dent. chir. observ. 4. pag. 408.

[2]) Dict. de sc. med. I. 38. 30.

[3]) Otalgia e peregrinis Viteti; Otalgia ab intrusis Sauvag. Dolor aurium a causa externa in aurem illapsa. Hoffm. II. p. 337. Sennert III. p. 235.

pisa, avenae grana, in aurem illapsa, inflammationem fecisse exemplis testantur [1]).

Augustinus Vogel pisum, in aure jam dudum conditum, germinans vidit et crescens (l. c. p. 330. [2]). Animalcula insecta [3]), vermes [4]), aliasque bestiolas facile ad auris cavum pervenire, inter omnes satis constat; quod quidem ruri viventibus frequentius quam oppidanis evenit, hi enim sub dio dormire et humi vel sub arbore jacere solent; itaque bestiolis, otorrhoea fortasse, praesertim foetida, allectatis ansam praebent, ut clam irripere et dolores inflammationemque non solum excitare, sed ovula etiam sua ibidem deponere possint, quibus tempore ac calore evolutis, vermes multae oriuntur, longas non solum, sed etiam gravissimas suscitantes inflammationes. C. Petr. Franck 89. Dolores et inflammatio ex vermibus, otalgiam verminosam scriptores nominaverunt, c. Sauvag. l. c. Vermium in aure repertorum exempla ubicunque, v. c. apud Itard et Cooper, leguntur [5]).

Quo-

---

[1]) De his et aliis heterogeniis illapsis Dosten, Hildan, Lentitius, Albertus et alii plura referunt.

[2]) Conf. Fabr. Hildan. observ. et cur. med. chirurg. p. 18. Donat hist. med. mirab. II. 12. Borelli observ. med etc..

[3]) Otalgia ab insectis Fr. Hoffm. II. 336. Viteti II. 47. Jonston Ephem. N. C. 266.

[4]) Conf. Ephem. Nat. c. dec. II. 39.

[5]) Quondam Lieutod, chirurgus Arelatensis, ex aure furibundi solerter extraxit vermes quinque pollicum longos et semi-pollicis latos, sine pure et cruore in ductus auditorii externi fundo latentes. Verduc. Pathol. T. 2. p. 143. Vermes erant nymphae, ex ovis a quodam insecto illuc depositis, oriundae. Wolkmanus vermiculos ex aure in frontem sub cute repsisse recenset. Ejusd. Ephem. Nat.

Quomodo corpora ista et anorganica et orga-
ica ad aurem perveniunt illaque oriuntur, de hoc
ıtores dissentiunt. Omnino autem omnes otor-
oea laborantes insecta circumvolantia vitare de-
ent, ne, quum membranae tympani pars plerum-
ue deleta sit, bestiolae ad infimas auris partes
escendant ibique occultae detegi nequeant, pericu-
sissimaque commoveant symptomata. De ascari
mbricoïde per oesophagum et dein per tubam Eu-
achii ad aurem irrepto exemplum notatu dignum
ard nobis refert (l. c. p. 94.).

Denique non tam raro sordes in primis viis
agnantes hujusce partis inflammationem ciere so-
nt. Conf. Aug. Vogel, Sauvag., Burs. l. c.

PROGNOSIS.

Auditus organon partibus, maxima sensibilitate
aeditis, interponitur et praeterea oculis aeque ac
cephalo vicinum est. Consensus autem cum ce-
bro intimus inter omnes constat, et ex eo, sonum
m iniquum hominibus, praecipue feminis imbe-
llis, animi deliquium proferre posse, jam patet.
ultos enim nervos, cum aliis arcte conjunctos ac-
pit, ex quibus consensus mirabilis proficiscitur.

Otitidis dignitas ex his jam liquet; praeterea
tem praesagium ejus, quod partim e supra me-
oratis jam elucet, iisdem legibus niti videtur, ac

r. obs. 266. Raygerus eundem morbum a vermiculis
pi'e nigro donatis multipedis observavit. Ejusd. Collect.
ad T. 3. p. 305. Sauvage (T. IV. p. 72.) refert in si-
li casu, plurimas ex aure extractas fuisse larvas, oblon-
s, albidas, quae in vase vitreo servatae dederunt intra
ucos dies muscas carnanias. Conferatur Mulatides de
algia. p. 40.

aliarum inflammationum. Nunquam autem bonum, semper fere dubium, haud raro aperte pessimum est. Otitidem per acutam intra septem dies, quin etiam intra duos, apud infantes praecipue necare posse, jam supra dictum est. Exitus ille lethalis tunc praesertim timendus est, si ex inflammationis ad cerebri partes progressu encephalitis oritur, quod tamen non tam raro evenire solet. Nec minus otitis mitior periculosa certe et molestissima exitum lethalem afferre solet, quamvis si recte agnoscitur et bene curatur morbus, discuti ac sanari potest. In otitide chronica meliora quidem praesagire licet, sed nihilosecius dubia, praesertim, quum ejus causa et natura non semper liqueat, medicaminaque necessaria non recte adhibeantur. Periculosissime cum dolore mere nervoso morbus confunditur. Scrophulosis, rheumatismus, arthritis, syphilis aliaeque otitidis vel acutae vel chronicae causae secundum leges universales dijudicantur. Quod si vero ex causis mechanicis exoritur auris inflammatio, ad earum efficaciae gradum, nec minus ad modum respiciendum est. Laesiones violentae cum cerebri concussione conjunctae periculosae jure habentur. Corpora aliena in aurem illapsa, intrusa vel alio modo ingressa, si submoveri nequeunt, morbum difficilem et pertinacem, nec minus periculosum reddunt.

Optimus otitidis exitus sane discussio est, pejor ille in otorrhoeam vel suppurationem cum carie.

Sphacelus in aurium inflammatione mortis indicium esse solet.

CURA.

In otitidis acutae medendi ratione magni prae-
riim momenti est, ut omnia ad medelam neces-
ria celerrime et sat magno ambitu in usum vo-
ntur, ne exitus malos evitandi tempus frustra eruat,
morbus altius fastigium accendat. Omnino au-
m otitidis medendi methodus ab inflammationum
iarum curandi ratione non valde differt. Longe
tem fortiter methodus antiphlogistica adhiberi de-
t, ita nempe, ut causae efficientes omnino consi-
rentur. Priusquam vero medela instituitur, auris,
antum fieri potest, perscrutetur, ut morbi locales
tim in conspectum veniant.

Recte autem in otitide acuta sanguinis detractio
datur ac commendatur, et reïteratur, quando ob
brem nimis acutam transitus in cerebri inflamma-
nem timendus est, qui quidem hac ratione modo
ohibetur. Primo venaesectio instituatur copiosa,
am demum hirudinem ad processus mastoïdei
gionem applicatio sequatur. Hirudinum usus, nisi
naesectio antecessit, nihil prodesse solet, quum per
itationem ex morsu eorum suctuque sanguinis af-
xus potius cieatur. Talis sanguinis copia mitti
bet, qualis ad dolorum diminutionem requiritur.
aeterea cucurbitulae cum ferro cervicis regioni
ponuntur. Intrinsecus solutio kali nitrici vel natri
phurici cum aqua laurocerasi vel extracto hyoscy-
i sumatur, cuncta autem drastica rejicienda sunt.

Praeterea, quoad gradus, sedis ac causarum dis-
men medetur.

Otitis externa secundum ejus naturam curetur,
erysipelatis formam prae se fert, erysipelas tan-
mmodo respiciendum est. Summopere Itard in

otitide externa, nondum in otorrhoeam transita, decoctum plantaginis cum opio puro eo soluto, auri injectum, commendat. Deinde cataplasma, e verbena paratum, auri superimpositum, laudatu dignum esse affirmat; denique eryoxyli paullulum, cui camphora subest, in aurem intrusum, multum valere, sibi persuasum habet. Quod si vero aliquid ex aure profluit, omnia narcotica calida rejicienda et potius medicamina sopientia et anodyna adhibenda esse, censet. Lactis praesertim et olei tepidi et decocti althaeae cum melle instillationem commendatissimam habet. Fomentationes tepidae nec minus laudantur. Praeterea loco affecto nihil amplius adhibendum esse videtur; quum irritantia injectiones praesertim et mitiores, plerumque damnum afferre soleant. Si inflammatio ad suppurationem tendit, doloresque graviores fiunt, cataplasmata emollientia supra aurem ejusque regionem imponenda sunt; deinde vero latici secreto exitus per meatum auditorium externum parari debet. Optime sane per tubam Eustachii pus evacuetur et si fieri possit conanimi huic gargarismatibus injectionibusque succurrendum est. Rarissimis autem in casibus prospere hoc evenire, quis est qui nesciat? Hac ipsa ex causa neutiquam experimentis fere semper frustraneis, tempus perdere debemus, statim potius, ne detrimentum capiat aegrotus, tympani membranae perforationem, fere semper innocentem, instituendam esse censeo. In spontaneam apertionem rem producere, minime optabilem haberet exitum; hoc modo enim aegrotus in periculum objectaretur: dolores enim in dies accrescunt, puris copia quotidie aucta, arcte inclusa, intimas ac interiores auris internae sinuositates adit, ibi spissans et concrescens

ssa ipsa morbosa reddit ac surditatem paene im-
iedicabilem afficit. Qua ratione membrana tym-
ani perforetur, akiurgia docet. Pure evacuato, in-
ctiones lenes ac emollientes caute adhibendae sunt.
uod si otorrhoea sequitur, ejusdem curatio locum
abet. In otitide e refrigerio diaphoreticis utendum
st. Itard fumigationes calidas ad aurem, nec non
estimentum capitis ex linteo cerato paratum, sum-
nopere commendat. Non est quod amplius de-
onstretur, cunctas locales causas mechanicas, ad-
uc praesentes, statim summovendas esse; quo autem
odo, facile intelligendum erit. Difficile haud raro
secta et vermes extrahuntur et plerumque antea
eo vel alio fluido injecto necari debent [4]. Cel-
m l. c. uberius hac de re disserentem reperies.
titidis causae specificae, scrophulosis, syphilis prae-
rtim et arthritis, medicaminibus, contra eas lau-
atis, optime curantur et depelluntur.

Sed haec hactenus.

---

[4]) De his conf. Celsus, Heister P. 2. p. 141. Hildan.
c. Fabr. Wolkmar. Ephemerid. nat. cur. obs. 266. Scul-
ti Armamentar. chir. Tab. 36. ad Fig. 5.

VITAE CURRICULUM

EX DECRETO

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS BEROLINENSIS ADJECTUM.

Ego, EDUAEDUS BERGER, Trachenoviae prope Lipsiam, die XXVII. mensis Novembris MDCCCIII. a patre dilectissimo JOH. GOTTL. BERGER, rerum sacrarum Islebiae antistiti, et matre optima JOHANNA e gente JORDANIANA, natus sum. Octo fere per annos Gymnasium, quod Islebiae floret, duce Cel SIEBDRATH, frequentavi, ibique litteris, quae studiis academicis viam parant, vacavi. Anno MDCCCXXI. Berolinum me contuli, et die XV. mensis Aprilis inter seminarii Friederici Guilielmi medico-chirurgici alumnos receptus, octo per semestria hisce interfui praelectionibus: philosophicis Cel. WOLF; chemicis, phsysicis et pharmaceuticis Cel. TURTE et Illustr. HERMBSTAEDT, zoologicis Illustr. LICHTENSTEIN. Botanicen, historiam naturalem et Biologiam Illustr. LINK, anotomiam universalem theoreticam, artem cadavera dissecandi Illustr. RUDOLPHI et KNAPE me docuerunt. In entozoorum historia, in encyclopaedia medica, atque in anatomia organorum sensuum, Illustr. RUDOLPHI, in Physiologia Illustr. RUDOLPHI et Cel. ECK me instituerunt. Pathologiam generalem, semioticen Cel. FR. HUFELAND, pathologiam specialem nec non doctrinam de morbis sy-

hiliticis Illustr. HORN mihi tradiderunt. De arte for-ulas concinnandi, anthropologia forensi, Illustr. KNAPE, e materia medica Cel. OSANN; de therapia tam gene-li quam speciali Perillustr. W. HUFELAND atque Cel. R. HUFELAND disserentes audivi. Chirurgiam genera-m et specialem atque chirurgicarum operationum cur-um Illustr. Illustr. GRAEFE, RUST et KLUGE mihi ex-osuerunt. De ophthalmiatrice Illustr. GRAEFE et Cel. JENGKEN, de obstetriciae tam theoreticae quam practi-ae arte, de fascias applicandi arte, de ossibus fractis et xatis cognoscendis curandisque Illustr. KLUGE scholis terfui.

Clinicum chirurgico-ophthalmiatricum duce Illustr. RAEFE, clinicum chirurgico-ophthalmiatricum duce ustr. RUST, policlinicum duce Perillustr. HUFELAND Cel. OSANN, clinicum medicum duce Illustr. NEU-ANN, frequentavi. Quadriennio peracto in hujus urbis socomio caritatis per annum chirurgi munere fun-is sum.

Jam vero peracto studiorum cursu ac tentamine amineque rigoroso coram gratiosi medicorum facul-e legitime absolutis, spero fore, ut, hacce dissertatione e defensa, summi in medicina et chirurgia honores me conferantur.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Atmosphaeram nervorum sensibilem nego.

II.

Pulsus inconstans morborum signum.

III.

Rubeolae nil nisi scarlatinae species.

IV.

Morbus syphiliticus nunquam mere localis.